

Ob 15

SPRAWOZDANIA SZKOLNE
Książnica
Kopernikańska
w Toruniu
SCHULPROGRAMME

Programm
der
evangelischen
höheren Bürgerschule
zu Grandenz.

Herausgegeben für das Schuljahr


1856

von

G. B. Jacobi,
Director der höheren Bürgerschule.

Voran eine Abhandlung: **DE GRAECORUM ADVERBIORUM COMPARATIONE**, von Dr. Fenz.

Grandenz, 1856.
Druck von C. G. Rötke.



Faint mirrored text within the frame, possibly including the title 'Höhere Mathematik'.

Faint mirrored text within the frame, possibly the author's name.

Faint mirrored text within the frame, possibly the publisher's name.

Faint mirrored text within the frame, possibly a date or edition information.

Faint mirrored text within the frame, possibly a price or binding information.

Faint mirrored text within the frame, possibly a date or year.

Vertical handwritten text on the right side of the page, possibly a library or collection number.

Programm
der
evangelischen
höheren Bürgerschule
zu Graudenz.

Heransgegeben für das Schuljahr

1856

von

G. B. Jacobi,
Director der höhern Bürgerschule.

Voran eine Abhandlung: **DE GRÆCORUM ADVERBIORUM COMPARATIONE**, von Dr. Lenk.

Graudenz, 1856.
Druck von C. G. Röthe.

KSIĄZNICA MIEJSKA
IM. KOPERNIKA
W TORUNIU

~~Stadtbibliothek
Chor~~

AB:1489

DE GRAECORUM ADVERBIORUM COMPARATIONE.

Dionysius Thrax ut in Beck. Anecd. 635,5 adjectivorum comparativos et superlativos praecipuum adjectivorum ordinem similiter atque possessiva alia efficere vult, ita p. 642, 11 τὰ συγκρίσεως ἐπιθρήματα οἷον μᾶλλον ἦτον aequiparat adverbiiis qualitatis, quantitatis, loci reliquis. Sed motioni non minus adverbia comparativa quam comparativos et superlativos adjectivorum adnumeranda esse vel id evincit, quod adverbia loci cum comparativalibus a Dionysio composita ipsa comparantur. Exclusa autem a comparatione sunt omnia adverbiorum genera praeter adverbia localia et declinata ab adjectivis, quae a grammaticis μεσότητος vocantur. Quare nostra de usu adverbiorum comparativalium et superlativalium commentatiuncula duabus partibus constat, quarum una adverbia ab adverbiiis declinata, altera adverbia ab adjectivis flexa complectitur.

I. ADVERBIA AB ADVERBIIIS DECLINATA.

§ 1. Apollonius p. 579, 10 praecipit adverbia non comparari nisi localia, quod, si pauca abnormia velut μᾶλλον excipias, recte se habet. Quod vero addit ea adverbia duas comparandi vias ingredi, ita ut aut statim in gradus adjectivos tollantur aut adverbialem in gradibus formam retineant, id certis finibus circumscriptum est. Nam quamquam ab ἐγγύς et ἐγγύτερος et ἐγγυτέρω descendunt, tamen adjectivum comparativale posteriorum demum usu tritum, ἐγγυτέρω vero antiquior et Attica forma est. Propterea Apollonio non adstipuler contententi adverbia ἐγγύτερον et ἐγγύτατα ab illo ἐγγύτερος repetenda esse, sed existimaverim ea ad similitudinem adverbiorum βραχύτερον et βραχύτατα ficta et ex ipsis demum adjectivum ἐγγύτερος natum esse. Quod autem Apollonius ἐγγυτέρω et ἐγγυτάτω non ab ἐγγύτερος et ἐγγύτατος, sed ab adverbio ἐγγύς, ut ἀνωτέρω et ἀνωτάτω ab ἄνω non ab ἀνώτερος, ducenda esse affirmat, in eo nemo clarissimo grammatico non assentiatur.

§ 2. Jam vero ut ad rem propositam aggrediamur, adverbia, de quibus primo agimus, se ad unam alteramve adjectivorum comparandi normam applicant.

Sic adverbia a praepositionibus ducta et in ω exeuntia, qualia sunt ἄνω, κάτω, ἔξω, πρόσω, πόρρω, in comparatione se accommodant adjectivis in ος terminatis exitu ω retento ἄνω, ἀνωτέρω, ἀνωτάτω. Has in ω finitas formas solas in usu habere Atticos et terminationes ον et α apud posteriores tantum inveniri a Buttmano § 115 adn. 4 traditur. Et comparativi certe semper apud Atticos antiquiores in ω exeunt. Antiatt. quidem Beckeri p. 80, 18: ἀνώτερον ἀντὶ τοῦ ἀνωτέρω ex Demosthenis oratione pr. cor. asserit et p. 111, 14 πορρώτερον aequè probum atque πορρώτέρω iudicat eundem Demosthenem in testimonium vocans his verbis: πορρώτερον καὶ πορρώτέρω. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Λεπτίνου. Sed in Demosthenis orat. pr. cor. neque ἀνώτερον neque ἀνωτέρω scriptum legitur et in oratione adv. Leptin. p. 118 (Frid. Aug. Wolf.) οὐδὲν ἐστὶν ὄνειδος, ὅτου πορρώτέρω ἐστὶν ἡ πόλις ἡμῶν in nostris certe libris et recensionibus forma in ω terminata exstat ut in reliquis omnibus locis, ubi huiusmodi comparativi se obviam praebent: ἀνωτέρω Xen. An. I, 4, 7 IV, 3, 25 et 26 de re

eq. I, 4 VII, 10 X, 15 Aesch. Prom. 314 Herm. *κατωτέρω* Xen. de re eq. I, 4 VII, 10 Cyneg. IX, 15. *ἐξωτέρω* Aesch. Choeph. 1019. Comparativum *ἔσωτέρω*, cuius exemplum apud eos scriptores, quos ipse legi, non occurrit, profert ex Herodot. VIII, 66 Passov. lex. *πορρόωτέρω* Dem. Lept. 118 Wolf. Prooem. 1456 Isocrat. Panegy. 45 ad Philipp. 107 Xen. Hell. IV, 2, 11 VII, 4, 29; 5, 13. *προσωτέρω* Xen. Cyr. VII, 5, 6 An. 4, 3, 34 VI, 7, 1 Mem. IV, 3, 8. — Posteriores demum *ον* exitum in usum suum receperunt e. g. Lucian. Asin. Graev. II p. 83 *ἀνώτερον*.

In superlativis terminatio *ω* Atticis frequentior est: *ἀνωτάτω* Xen. Hell. IV, 1, 41 Anab. VII, 4, 11 de re eq. X, 4 XI, 11. *πορρόωτάτω* Isocrat. Trapez. § 10 Nicocl. 34 Demosth. de fals. leg. 368 Xen. Mem. I, 2, 54. *προσωτάτω* Xen. An. VI, 4, 1 Mem. III, 4, 6 Cyrop. II, 1, 11 VII, 2, 1 Soph. Aj. 731 Eurip. Androm. 924. Sed formis in *α* finitis non solum tragici utuntur (Soph. Electr. 391, Eurip. Iph. T. 718 *προσώτατα*), sed etiam Thucydides IV, 110 *ἀνώτατα*.

His adverbis *duae praepositiones* adverbiali vi praeditae se accommodant gradus in *ω* finitos ex se ponentes: *ἀπό ἀπωτέρω* Aesch. contr. Ctes. p. 74 Demosth. in Macart. 1058, 1065, 1066, 1067, 1070, in Leoch. 1083, Isae. de Apollodori h. 65 Soph. Oed. T. 137 et *ἀπωτάτω* Dem. in Aristocr. 675 et *πρό προτέρω* (e. g. II. 23, 490) superlativo destitutum. Hujus a *πρό* originis immemor Schol. ad II. 3, 400 et 5, 672 *πρότέρω* ex *προσωτέρω* (sic enim pro *προσωτέρω* vel *προσσωτέρω* scribendum est) contractum explicat priore loco addens: *δίχα τοῦ ι*. Affixerunt enim quidam veteres huic adverbio *ι* subscriptum similitudine dativi *τοῦ πρότερος* inducti, cum quo quum nihil communionis habeat, *ι* omitti debet ut in *ἀπωτέρω*, *ἀνωτέρω*, *ἐγγυτέρω*, quamquam etiam haec cum *ι* in codicibus scripta inveniuntur cf. Schneider. ad Plat. Civ. II, 246 a.

Exitum *ω* etiam *ἐκάς* in gradibus *ἐκαστέρω* Eurip. Heracl. fur. 1049 sibi vindicat, *ἐκαστάτω* Hom. II. 10, 113, de quibus E. M. 320, 25 *ἐκαστέρω τὰ πορρόωτέρω*. *ἀπὸ τοῦ ἐκάς, ὃ σημαίνει τὸ ἀποθεῖν. καὶ οὐ παρὰ τὸ ἐκάτερος. ἐκατέρω γὰρ ἦν. οὕτως Ἡρωδιανὸς Ἰλιάδος κ' τῶν γὰρ νῆες ἔασιν ἐκαστάτω* qui est locus modo citatus *ἀντὶ τοῦ πορρόωτάτω παρὰ τὸ ἐκάς*. In Theocrit. XV, 7 *τὸ δ' ἐκαστοτέρω ἔμ' ἀποικεῖς* scriptum inveniebatur ante Valckenarium, qui maxima cum probabilitate *τὸ δ' ἐκαστέρω ἔμμιν ἀποικεῖς* emendavit. Nam in vulgata non solum accusativus *ἔμ'* offendit, sed multo magis etiam *ἐκαστοτέρω*, quod qua ratione ab *ἐκάς* descendere possit perspicere non potest neque Kiesslingius, in cujus verba jurat Wuestemannus, audiendus est. Nam etiamsi Graeci summa in formandis comparativis et superlativis libertate usi sunt, tamen nulli legi eos se adstrinxisse vix credendum est.

His addit Buttmanus *ἔνδον*, *ἐνδοτέρω*, *τάτω*, de quorum usu cf. Passov. lex. s. v., *ἀγχοῦ ἀγχοτάτω* (hym. Hom. Ap. 18 et Herod.), *τηλοῦ, τηλοτάτω* (Od. VII, 322), quae omnia poetis et dialecticis videntur assignanda.

Μακρὸν accusativus adverbialis ut genuinum adverbium gradus a se flecti patitur, *μακροτέρω* vero, quod antea in Plat. Soph. 94 p. 258 c. scriptum legebatur, sententiae causa ab Heindorfio in *μακροτέρως* mutatum est; sed *μακρότερον* perspicue ejus comparativus est in Xen. An. III, 4, 16 *μακρότερον ἐσφενδόων*, quod paullo post § 17 sequitur *ἐμελέτων τοξέειν ἄνω ἰέντες μακρὰν*; eodem significatu Xen. Cyn. IV, 5, 28 *μήχιστον (ἀπελαύνειν)* usurpat. Eandem vero, quam *μακρὸν* suppleto *ὁδόν* sententiam habet adverbialem, servant etiam accusativi comparativi et superlativi Thucyd. VI, 98 *ἀποσκίδναςθαι μακροτέραν* et Xen. An. VII, 8, 21 *ὅπως ὅτι μακροτάτην ἔλθοι τῆς Ἀσδίας*.

§ 3. In modum adjectivorum *σκολαῖος*, *γεραιός* comparantur haec:

A *πέρα* progignitur *περαιτέρω* semper hac terminatione instructum, quod et intellectu locali e. g. Thucyd. V, 41 *διώκειν περαιτέρω τῶν ὄρων* et translato, qui dicitur, usurpatur e. g. Dem. in

Olymp. 1082 ἐπειδὴν ὀρῶσι τὴν τούτου ἐταίραν περαιτέρω τοῦ καλῶς ἔχοντος. περαιτέρων Pindarus (Ol. 8, 63) dixit, qui hoc adverbium etiam in adjectivum transformavit in Ol. 9, 105 ἐντὶ ἄλλαι δδῶν ὁδοὶ περαιτέροι.

Ἐ πλησίον, de quo E. M. 676, 55: ἔστι αἰτιατικὴ ὀνόματος καὶ μετηνέχθη εἰς ἐπιρῶμα, proveniunt πλησιαιτέρω (Herodot.), πλησιαίτερον et πλησιαίτατα. Nam quominus a gradibus adjectivis (πλησιαίτατος enim ap. Xen. An. I, 10, 5 et VII, 3, 29 invenitur) haec adverbia repetamus, prohibent hujusmodi loci: Xen. de vectig. IV, 46 ἢ μετὰ ταῦτα πλησιαίτατα Θῆβαι et Mem. II, 1, 23 ὡς ἐγένοντο πλησιαίτατα.

De gradibus ab adverbiiis temporalibus πρώτῃ et ὀψέ ductis, προῖαιτερον, τατα, pro quibus Kruegerus nunc Thucydidi formas a Thom. Mag. probatas et codd. melioribus firmatas προῖτερον, προῖτατα restituit, et ὀψιαιτερον, τατα cf. praeter Buttmann. Passov. lex. s. v.

παλαιότερον non necesse est ab adverbio πάλαι repetere, quamquam E. M. ipsum adjectivum inde ducit 791: ἀπὸ ἐπιρῶματος πάλαι παλαιτέρος. Νυκτιαίτερον, quod qua auctoritate nitatur nescio, non cum Buttmanno ad adverbium νύκτωρ, sed ad adjectivum νύκτιος referam.

Prorsus in adjectivam formam abierunt gradus adverbii προῦργον προυργιαίτερος, τατος, quorum exempla afferre supersedeo satis habens oblectamenti causa originationem grammatici E. M. 691, 21 proponere: προυργιαίτερον προφανές καὶ φανερόν καὶ οἷον πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν κείμενον τὸ πρὸ τοῦ ἔργου ἀρετώτερον· ἐκ τῆς πρὸ προθέσεως καὶ τοῦ αἰρῶ τὸ προαιροῦμαι.

§ 4. Adjective usurpantur etiam gradus adverbii ἡρέμα ad similitudinem τοῦ ἐρῶμένος formati Xen. Cyr. VII, 5, 63 perinde atque pro πλησιαίτατος in Xen. An. VII, 3, 29 cod. I. πλησιέστατος praebet. Ab hoc adjectivo ἡρεμέστερος demum adverbium ἡρεμεστέρω in Xen. Cyn. III, 1, 30 propagatum est.

§ 5. Comparationem adjectivorum in vs sequuntur haec:

ἐγγύς in Atticorum sermone primo adjectivorum in vs ordini qui a grammaticis E. M. 492, 39 ὁ πρώτος τύπος vocatur, πλατύς, πλατύτερος, πλατύτατος se accomodans ἐγγυτέρω, τῶν flectit, quorum veriloquium ab Orione p. 61, 21 ἐγγυτέρω παρὰ τὸ ἐν γῆ τυγγάνειν ὡς πρὸς τὰ ἐν ἀέρι καὶ θαλάττῃ ἄπερ οὐκ ἀφικτὰ ἡμῖν ἐστίν, ἀλλὰ κεχώρισται propositum grammatici temeritatem prodit.

Comparativus semper in ω desinit apud Thucyd. II, 21 II, 89 IV, 73 VIII, 82, apud oratores, Demosth. pr. cor. 287 et 305, 321, in Macart. 1051 et 1055 in Leoch. 1083, 1085, 1088, in Olympiod. 1168, Prooem. 1422 et 1427, ap. Isaeum de Pyrrh. h. 45 bis, de Nicostr. h. 49, de Cleonymi h. 35 et 37, de Hagn. h. 84, ap. Isocratem de antidos. p. 387 Beck., et apud tragicos (Sophocl. Oed. Col. 1217). Xenophon vero et hanc in ω exeuntem formam usurpat Hier. VII, 4 Mem. II, 3, 19 et IV, 3, 8 Hellen. V, 3, 5 et alteram, ut videtur, minus Atticam in ον terminatam An. I, 7, 8 IV, 7, 23 de vectig. IV, 47 Hellen. V, 2, 7 Cyr. VII, 1, 23 et 5, 5, VIII, 7, 21.

In superlativo omnes scriptores utroque et ω et α exitu promiscue utuntur et Demosthenes e. g. in Mid. 555 variandi causa in uno enunciato utramque formam scripsit.

Alteram adverbii ἐγγύς comparationem aliis in vs adjectivis velut ἡδύς ἡδίω ἡδιστος assimilatam, quae apud recentiores Graecos ubivis obviae sunt, Atticis abjudicant Phrynich. p. 296: ἐγγιον μὴ λέγε, ἀλλ' ἐγγύτερον, Thom. M. s. v. ἐγγιον ἐπὶ συγκριτικοῦ μὴ λέγε, ἀλλ' ἐγγύτερον, ex quibus verbis pari modo superlativum ἐγγιστα rejecisse hos grammaticos concludi potest, quamquam Moschopul. s. v. ἐγγυτέρω comparativum τοῦ ἐγγύς et superlativum ἐγγιστα esse tradit (ἐγγυτέρω ἐπιρῶμα, ἐστὶ δὲ συγκριτικόν, τὸ ὑπερθετικόν ἐγγιστα) et grammaticus in Villois. Anecd. II p. 82 Atticorum sermoni assignat haec: ἐγγιστα καὶ ἐγγύτατα ἀντὶ τοῦ λίαν πλησίον.

²Ἐγγιον comparativus quum in proverbiali locutione γόνυ κνήμης ἔγγιον ἐπὶ τῶν τοῦς οἰκείους εὐεργετούντων fixum fuisse a Thom. M. I. c. tradatur et ab Aristotele usurpetur, Lobeckio ad Phryn. I. c. ipsis Athenis cognitam fuisse hanc comparativi formam neque tamen ab elegantioribus scriptoribus admissam manifestum est.

Superlatus ἔγγιστα antea in Isocrat. Areopag. 156 ἔγγιστα Φασήλιδος ἔπλεον scriptum legabatur, sed h. l. Beckerus ex cod. Γ pro eo ἐπὶ τὰδε recepit, quemadmodum in orat. Aeginet. p. 293 ἐγὼ ἡγοῦμαι οὐ περὶ τῶν πάλαι τεθνεώτων, ἀλλὰ περὶ τῶν ἔγγιστα τὸν κληρὸν καταλιπόντων προσήκειν ex eodem M. S. ἔναγχος sententia praeterea flagitante restituit. Sic in Antiphontis quoque orat. IV δ § 11 pro τοῖς ἔγγιστα ἄγγιστα scribendum suspicatur Maetznerus. Restat demum unus Demosthenis locus in orat. pro cor. 283 πρὸς τοῦς ἔγγιστα τῆς Ἀττικῆς παραγίγνεσθαι τόπους, ubi etiam Beckerus hanc formam intactam reliquit, quae tamen hoc loco eo excusatur, quod non ipsius perquam Attici scriptoris, sed plebisciti verba referuntur. Hoc ipso vero evincitur sermoni quotidiano ἔγγιστα non ignotum fuisse.

Formis ἔγγιον ἔγγιστα similiter flexa sunt ap. Pindarum πόρσω πόρσιον, Ol. I, 114 πόρσιστα Nem. IX, 29.

§ 6. Tertiae comparandi rationi vocabulorum in vs (ταχύς, θάσσων θᾶσσον, τάχιστος) se applicant μάλα μᾶλλον μάλιστα et ἄγχι ἄσσον ἄγγιστα. Μᾶλλον grammatici ap. Eustath. p. 1643, 28 ex μᾶλλον apud Dores usitato existere tradunt, sed pro μᾶλλον rectius scribi μάλιον, quod nunc Tyrtaeo restitutum est cf. Ephem. Ant. 1855 N. 65, Choerobosco auctore iudicat Lobeck. in Elem. pathol. I, 469, ita ut Buttmani ratio λ alterum extrito demum ι ad antecedentem syllabam fulciendam assumptum existimantis stabilita sit cf. Lehrs. ad Herodian p. 26, 20.

Ab ἄγχι ἄγγιον quamvis inusitatum movetur, ex quo ἄσσον eadem ratione qua θᾶσσον ex τάχιον oriri traditur, quamquam grammatici ap. Eustath. l. c. apud Dores formam ἄσσιον in usu fuisse perhibent, ex quo ἄσσον exaeresi τοῦ ι exstiterit, eoque cum comparativo optime superlatus Aeschylis ap. Hesych. ἄσσιστα convenit. Aliud minus probabile veriloquium proponit E. M. 157, 37 ἄσσον ab ἐγγύς hunc in modum ducens: ἄσσον εἴρηται παρὰ τὸ ἐγγύς. συγκριτικὸς τύπος ἐγγύτερος, ἐγγίον, ἄσσον καὶ τὸ οὐδέτερον ἄσσον καὶ ἄσσον ὡς μέγας μεγαλύτερος, μεγίον, μέσσον καὶ μᾶσσον. Ἄσσον usurparunt Soph. Electr. 900, 1210, 1215, Oed. Col. 312, 722, Eurip. Iphig. Aul. 291, Cycl. 255, iteratus comparativus ἄσσοτέρω ap. Hom. invenitur, ex quo trope vocalis ἐπασσούτεροι (II. δ, 427) ortum esse iudicat Herodian p. 71 Lehrs. Ἄγγιστα, quo Sophocl. Electr. 1038 usus est, e scriptoribus pedestribus Atticis unus Antipho usurpavit non solum cognationis significatione in orat. IV δ § 11 τοῖς ἄγγιστα, ut emendatum est pro ἔγγιστα, sed etiam temporali II α § 6 τὰ δ' ἄγγιστα nuperrime, reliquis satisfecerunt gradus adverbii ἐγγύς, quorum duo tantum exstant exempla apud tragicos Soph. Oed. Col. 1217 ἐγγυτέρω et Aesch. Suppl. 373 ἐγγύτατα, quum ἄσσον et ἄγγιστα ut poetico sermoni magis apta praeferrent.

§ 7. Adverbiorum comparativalium et superlativalium adminiculis destituta adiectivos statim comparativos et superlativos a se propagant adverbia quaedam: ὑψί, ὑψίον, ὑψίτερος, ὑψιστος, ὀπισθεν ὀπιστερος, τατος, ἐνεργε ἐνεργεοί, πάρος παρότερος, ἄφαρ, ἀφάρτερος, de quibus cf. Orion 12, 14. Sed haec omnia sunt poetica, pedestribus scriptoribus huius generis duo tantum vocabula sunt usitata supra jam proposita: προύργου προουργιάτερος, τατος et ἡρέμα ἡρέμεστος.

§ 8. Altera Graeci sermonis inaequalitas effecit, ut adverbia comparativalia et superlativalia ab adverbis ducta, quum similitudine terminationis adverbia ab adiectivis declinata attingant quumque in

quibusdam verborum composituris adjectivorum locum obtineant, revera in adjectivam formam abierint. Sic ex adverbio superlativali ἄγχιστα poetae ἄγχιστος finxerunt Soph. Electr. 1105, Oed. T. 919, Eurip. Troad. 48, Pind. Nem. IX, 55, Isthm. II, 10, frag. inc. 9, Pyth. IX, 64 et Herodotus ex ἀγχοτέρω ἀγχοτέρη VII, 175. Apud Atticos scriptores prosae orationis unum hujus generis vocabulum latiore usu pervulgatum est, ex πλησιαίτερον et πλησιαίτατα adverbii πλησίον gradibus adjectivae formae exstiterunt, ut Phrynichus in app. p. 58, 13: πλησιαίτατοι καὶ πλησιαίτεροι εἴρηται docet. Apud Xenophontem quidem hic usus et connexioni cum verbo substantivo ἦν (An. I, 10, 5) et compositurae cum articulo ἐν τῷ πλησιαίτάτῳ δίφρῳ (An. VII, 3, 29) ortum videtur debere. Posteriores vero nulla cogente necessitate formas declinabiles usurpant e. g. Herod. Att. περὶ πολιτ. 177 τοὺς πλησιαίτατους ἡμῖν παροικοῦντας τῶν Ἑλλήνων, sed hi jam in positivo pro πλησίον πλησίος adjectivo utuntur: e. g. idem Herod. Att. l. c. πλησίοι εἶναι αὐτῷ. Exempla, quae impediunt, quominus adverbia πλησιαίτερον, τατα ab adjectivis πλησιαίτερος, τατος ficta esse arbitremur, § 3 proposui. Singulare exemplum est Thucydideum (VIII, 96) δι' ἐγγυτάτον, in quo adjectivae formae ea est causa, quod adverbium articulo omisso cum praepositione conjungere non licitum erat. Suspicionem porro premuntur ii Atticorum loci, in quibus pro adverbiiς κατωτέρω, τάτω reliquis adjectiva κατώτερος, τατος scribuntur velut in Xen. Cyr. VI, 1, 52 τὸ κατώτατον οἴκημα ex κατωτάτω corruptum veri reddit simile locus An. VII, 4, 1 τῇ ἀνωτάτῳ κόμῃ, ubi varia scriptura ἀνωτάτῃ exstat profecta a librario posteriorum usum (e. g. Lucian Asin. Graev. II, p. 82) Xenophonti impingere non dubitante cf. Krueger. grammat. § 23, 9, 4. In Aesch. orat. contr. Ctesiph. p. 74 Beckerus antea ἦσαν ἀπώτεροι οἱ κίνδυνοι scripserat, postea vero Atticorum perpetuum usum et codd. secutus ἀπωτέρω substituit. In Soph. Aj. 731 vitiosa scriptura λήγει δ' ἔρις δραμοῦσα τοῦ προσωτάτου jam diu cessit sinceræ τοῦ προσωτάτω.

§ 9. Omnino in his adverbiiς Attici in syntaxi potius quam in formatione tritam viam deserere maluerunt et ea non in adjectiva mutare, sed ipsa adjectivorum locum obtinere jusserunt. Non solum enim articulo addito potestatem adjectivorum iis tribuerunt, velut Thucyd. VIII, 82 τοὺς ἐγγυτέρω πολεμίους, IV, 8 οἱ ἐγγύτατα τῶν περιόικων, sed etiam articulo omisso pro casibus obliquis valere ea siverunt, e. g. Demosth. in Olympiod. 1182 ἐπειδὴν ὀρῶσι τὴν τοῦτον εἰαίρου περαιτέρω τοῦ καλῶς ἔχοντος, Thucyd. VII, 87 τοιαύτη καὶ δι' ἐγγύτατα τούτων αἰτία. Atque ea quidem structuræ abnormitas, quae in adverbiiς cum verbo substantivo εἶναι, γίνεσθαι componendis versatur, de qua cf. Krueger. gramm. § 62, 2 adn. 2 et 3 et § 66, 1 adn. 5 et 6, in his comparativalibus et superlativalibus adverbiiς rata et fixa est: ἐγγυτέρω, τάτω (τα) Thucyd. III, 40, 62. Dem. Mid. 555 ποδῶ τέρω, Xen. Hellen. IV, 21, περαιτέρω, Thucyd. III, 81, ἀπωτέρω, Dem. in Macart. 1058, 1065, 1066, 1067, 1070 et a.

II. ADVERBIA AB ADJECTIVIS DECLINATA.

PARTICULA PRIOR.

ADVERBIA IN ΩΣ DESINENTIA.

§ 10. Quaedam ab adjectivis declinata adverbia in comparativo formationem communi exitu adverbiali ως effectam sibi vindicant, superlativi hunc in modum flexi, cujus generis unum tantum idque suspectum in nostris Atticorum scriptis Soph. Oed. Col. 1575 exstat exemplum Atticis hodieque abjudicantur.

Etiam adverbia comparativa compluria fata perpessa sunt, usque dum suspicione liberarentur. Primum enim Atticistae, ut ex eo, quod Antiatt. Beck. 78, 23 et 24; 92, 24 et 25; 103, 17; 106, 18; 107, 25 ex Atticis plura hujus generis exempla proponit, recte a Buttmano conclusum est, hanc formam improbarunt. Deinde librarios offenderunt formae hujusmodi ita, ut plurimis locis pro iis aut vulgarem exitum *ον* (e. g. Demosthen. de cor. trier. p. 1228 *ἐννοϊκώτερον* pro *ἐννοϊκωτέρως*) aut adjectivum comparativum (e. g. *παρανομώτερος* pro *παρανομωτέρως* Andocid. contr. Alcib. § 22) aut positivum in *ως* etiam substituerent, velut in Isocrat. Panath. p. 240 *ἀπειρώς* pro *ἀπειροτέρως*, de pac. 171 pro *βεβαιοτέρως* *βεβαίως* libri quidam praebent. Quos secuti sunt librorum quidam re- censores velut Stephanus in oratorum scriptis. Postremo Emslejus, qui ad Eur. Hercul. 544 omnia in *ως* desinentia comparativa damnaverat, in Addendis sententiam suam retractans omnem de hoc usu dubitationem sustulit. Post Emslejum dedita opera et Atticorum et posteriorum exempla collegit Hagenius in dissertatione de adverbis Graecis spec. pr. 1840, ex cujus indice, quem confecit, facillime perspicimus Platonem, Xenophontem, Isocratem maxime his formis esse delectatos, reliquos oratores et Thucydidem iis non abstinuisse, tragicos vero et Aristophanem rarissime iis usos esse.

Ne acta agam, pauca tantum afferam, quae in Hagenii indice aut omissa aut corrigenda sunt. In Isocrat. Panath. p. 240 Stephani scriptura *ἀπειρώς* pro *ἀπειροτέρως* (*χαριέντως μὲν, ἀπειρώς δέ*) non ita repudianda fuit, ut Hagen. de ea prorsus taceret. Pro *εὐλογωτέρως*, quod Hagen. ex Aeschyl. Suppl. 575 Herm. (588) affert, *εὐλόγως* vulgo scribitur neque Aeschylō, qui nunquam hujuscemodi forma utitur, illud adverbium obtrudendum erat. *Ἐχθροτέρως*, quod Antiatticista Beckeri 92, 24 Thucydidi tribuit, hic neque usurpavit neque usurpare potuit, quippe qui, quum comparativum in *ότερος* prorsus ignoret et semper *ἐχθίων* dicat, *ἐχθιόνως* scripturus fuisset, sed reperitur ap. Demosthenem de pac. 61, *νεαρωτέρως* non p. 288, sed 280 Isocrat. Panath., *ὑποδεεστέρως* non in Thucyd. libr. IV, sed VIII, 87 legitur. *Ἐξόωμενεστέρως* praeter eos locos, quos citavit Hagenius, scriptum est in Isocrat. Panath. 74 et 76, ubi Beckerus de discrepantia codd. nihil adnotat. Denique quod Hagenius de euphonia dicit, minime arridet.

§ 11. Exitus *ως* certis quibusdam adverbis proprius neque tamen ita, ut alter in *ον* in iisdem locum non habeat, nihil neque in usu neque in intellectu a communi distinctus videtur. Buttmannus quidem opinatur in iis maxime locutionibus obtinere adverbium in *ως* desinens, in quibus aures assuetae fuerint germano exitu adverbiali i. e. in iis, quae formentur verbis adverbiorum adminiculis, ut plena sententia oriatur, indigentibus velut *ἔχειν, διάγειν, διακείσθαι*. Sed licet saepissime cum his verbis componantur illa adverbia, non pauciores tamen sunt et ii loci, ubi his ipsis in dictionibus communis adverbii in *ον* forma invenitur (e. g. Thucyd. I, 77, III, 11, VII, 50) et ii, in quibus ad ipsa in *ως* terminata adverbia nihil illa aurium sensui satisfaciendi causa pertinet. Sed in his forsitan quispiam cum eodem Buttmano putarit exitum *ως* vel perspicuitati vel intentioni inservire, cui sententiae quominus subscribam impedit, quod scriptores iisdem in rebus alteram quoque formam adhibent e. g. Antipho III β § 5 *σαφεστέρως* *δηλοῦνται* et § 6 *σαφεστερον* *ἐλεγχεῖν* et Isocrat. in Evag. *συντομωτέρως* *δηλοῦν* et paullo inferius *συντομώτερον* *διαλεχθεῖν* dicunt. Qui quidem loci stant a mea sententia putantis nihil inter utramque formam interesse et variandae tantum orationis gratia modo hanc modo illam usurpatam esse. Prae aliis Buttmannus adverbio *μειζόνως* majorem vim quam adverbio *μειζον* tribuit obeamque rem in hujusmodi locutionibus *μειζόνως* *τιμᾶν*, *μειζόνως* *σθένειν* altero *μειζον* longe frequentius esse tradit falso, ut exempla harum locutionum statim proponenda ostendent. Quod autem Blomfieldus ad Thucyd. IV, 19 vocabulum *μειζόνως* quamvis plerumque vi comparativa „majus“ legatur, interdum tamen sine ulla comparatione valens „admodum magnum“ inve-

niri pronunciat et pro documento Thucyd. l. c. Xen. Cyneg. 13, 3, Isocrat. p. 559 affert, hic usus, quo comparativi nativa vis obliteratur, in aliis quoque permultis comparativis reperitur.

PARTICULA ALTERA.

NEUTRA ADIECTIVORUM PRO ADVERBIS USURPANTUR.

§ 12. Adverbia comparandi usitatissima ea est ratio, qua adjectivi comparativi neutrum singulare comparativium adverbiorum vicibus, superlativium adjectivi superlativi neutrum plurale fungatur, quemadmodum praescribit Apollon. de adverb. 580, 6: *ἔστι γε μὴν ἀπὸ ὀνομάτων συγκριτικῶν ἐπιρῶματικῆ κατάληξις συνεπιπίπτουσα· ἐπὶ μὲν οὖν συγκρίσεως ἐνικῶ οὐδετέρῳ, ἐπὶ δὲ ὑπερθέσεως πληθυντικῶ οὐδετέρῳ· ταχὺς ταχύτερον, ἀλλὰ καὶ ἐπιρῶμα ταχύτερον· καὶ πληθυντικὸν ταχύτατα, ἀλλὰ καὶ [ἐπιρῶμα, quae vox librarii incuria videtur excidisse] ταχύτατα οὕτως ἔχει καὶ τὸ κάλλιστον καὶ κάλλιστα.* Sed quum non solum in poesi Graecorum, sed in soluta etiam oratione jam positivi adjectivi neutra modo in unitate, modo in plurali, modo in utroque numero promiscue pro adverbis valeant, factum est, ut comparativi et superlativi eandem libertatem sibi vindicarent, et illi quidem etiam neutro plurali et hi singulari neutro pro adverbis fruerentur aut exclusis formis communibus aut retentis simul, prout positivorum usus concederet aut vetaret. Itaque non inconveniens visum est totum hunc adjectiva pro adverbis ponendi usum Graecorum, quoad saltem certis dictionibus adstringi potest neque a re nostra prorsus alienus est, sub uno conspectu ponere. In quo si interdum comparativi et superlativi usum neglectum offendas, id exemplorum inopiae tribuas et ad positivorum normam de iis iudices.

CAPUT I.

§ 13. *Verba, quae significant sensuum ipsorum officia vel ea, quae in eorum instrumenta cadunt, sibi pro adverbis adjectiva apponi patiuntur.*

Verbis videndi inprimis poetae ad proprietatem visus insigniendam neutrum adjectivi adjiciunt, rarius in numero plurali: *ὄραθ' ἀ βλέπειν* Soph. Od. T. 419, *λεπτὰ λεύσσειν* Eurip. Orest. 218, *σκοτεινὰ βλέπειν* Eurip. Suppl. 326, *φθονερά βλέπειν* Pind. Nem. IV, 63, *φόνια δέροισθαι* Ar. Ran. 1335, frequentissime vero singulariter: *λαμπρόν ὄραν* Aesch. Choeph. 283 *δέρομαι* Pind. Nem. VII, 96 *ἐνκῆλον* Iph. Aul. 647 *καλὸν δεδορκέναι* Eun. Cycl. 511 et 583 *ἀσφαλὲς δρακεῖν* Pind. Pyth. II, 39 quod idem ante Hermannum in Aeschyl. Suppl. 128 falso scriptum erat, *γοργὸν ἀναβλέπειν* Eur. Suppl. 324 *σεμνὸν καὶ πεφροντικὸς βλέπειν* Eur. Alc. 785 *δεινὸν λεύσσειν* Eur. Or. 383, *βραχὺ βλέπειν* Eur. Ion. 757, *δριμὺν βλέπειν* Ar. Ran. 562. Articulum adjecit Ar. Ran. 593 *βλέπειν τὸ δεινὸν*, quo clarius adverbii intellectum primigenium exprimeret, id quod effecit Aeschylus substantivum similis verbo videndi sententiae cum adjectivo componens in Pers. 82 *κῶναρον δ' ὄμμασι λεύσσειν φονίου δέγμα δράκοντος.*

Ὅξ' ὄραν etiam pedestres scriptores, qui alioquin germana adverbia addere solent e. g. Xen. Symp. IV, 24 *λιθίνως ἔβλεπε* et Mem. III, 10, 29 *φιλοφρόνως*, 51 *φιλικῶς καὶ ἐχθρῶς*, numero singulari dicunt, e. g. Xen. Cyneg. V, 26, et in hoc et in contrario ita fixo, ut in Pind. Ol. II, 41 *ἰδοίς*, *ὄξεια Ἐριννὸς* omnino praeferenda sit ea explicatio, quae *ὄξεια* non pro neutr. plur., sed pro feminino habet, poetae enim hujusmodi notiones non ad verba solum, sed etiam ad personas referunt velut in Anthol. Gr. epigr. Del. p. 398 *ὄξὺς ἰδῶν* legitur. Praeterea *καθαρὰ βλέπειν* communi sermoni assignandum videtur, quia a Phrynicho in app. refertur cum explicatio *οἶον ἰλαρὰ καὶ ἡδέα βλε-*

πειν οὐκ ἐπιτεθνημμένα. In comparativo ὀξύτερον βλέπειν Ar. Lys. 1202. Plut. 210, 1048 dici non mirum est, eodem modo ἀγανώτερον βλέπειν Ar. Lys. 886 profert, sed ὀρθότερα βλέπειν, quod cum varia scriptura ὀρθότερον in Plat. Civ. 5 15 D exstat, per dictionem καθαρὰ βλέπειν satis excusatur et recte Schneiderus ad h. l. pluralem quamvis usu minus tritum eodem tamen loco quo singular. habendum esse censet.

Vulgo haec neutra ita expediunt grammatici, ut ea non aliter quam accusativos in dictionibus ἄγην βλέπειν, φόνον βλέπειν accusativos objecti ex illis verbis pendentis esse tradant, sed quantopere ipsorum adverbiorum naturam induerint, ostendit is usus, quo iis germanus objecti accusativus additur velut in exemplo, quod grammaticus Beck. 331, 17 ἄγριον ὑποβλέπει με profert, quibus adicias locos jam a Lobeckio contra Matthiaeum hunc usum addubitantem excitatos εὐκηλον βλέπειν Eur. Iph. Aul. 647 et λοξὸν ἰδεῖν τινα Anacr. Od. 41.

§ 14. Verba audiendi rarissime cum neutro adjectivi connectuntur et unum tantum exemplum enotavi: Sophocl. Electr. 1098 (1087) ὀρθὰ εἰσρηκούσαμεν, quod proximo versu statim sequitur: ὀρθῶς ὀδοιποροῦμεν, nam εἴπερ ὀρθ' ἀκούεις in Oed. T. 903 non, „recte audire“, sed recte vocari significat. ὀξὺν ἀκούειν etiam communi sermoni tribuendum videtur quum Antiatt. Beck. 111, 5 ὀξὺ ἀκούειν ἀντὶ τοῦ ὀξέως dici tradat. Diversum est καλὰ ἀκούειν e. g. in Xen. Cyr. VII, 13 φλαυρὰ κλύειν Soph. Aj. 1323 et 1324 αἰσχυρὰ ἀκούειν bene audire, bona fama ferri, ubi est re vera accusativus objecti, quamquam etiam κακῶς κλύειν Eurip. Alc. 961 hoc intellectu dicitur. Quin etiam κακὸς ἀκούειν Soph. Oed. Col. 988 et ἀνακλις κλύειν Soph. Philct. 867 Graecis pronunciare licuit item ut antiquiores poetae Latini verbum cluere sive clucri usurparunt: Pacuv. 194 ed. Ribbeck. Lucret. I, 120.

Sed eo saepius *verbis sonandi* Graeci neutrum in utroque numero adjunxerunt, eo in universum discrimine, ut singularis sonum ipsum, pluralis non hunc tantum, sed etiam sententiam significet et e. g. Euripides Androm. 1151 ἐφθέρηξατο δεινὸν καὶ φρικῶδες, ut Lobeckii ad Aj. 386 verba referam, si usus esset plurali, ambiguum fecisset, utrum sonum vociferantis horribilem an sententiam diram intelligi vellet. Pedestes scriptores singulari potius quam plurali soni proprietatem videntur designasse, nam quod pluralis exemplum ex Demosth. de fals. leg. 408 καλὸν καὶ μεγάλα φθέγγεσθαι affert Lobeck. l. c., Beckerus singulariter scripsit ne mentione quidem librorum discrepantiae facta; et sic omnibus locis et μέγα φθέγγεσθαι Dem. pr. cor. 373 in Pantaenet. 981, στενάξει adv. Aphob. I p. 835 βοᾶν Xen. Cyneg. IX, 5 Lucian. Asin. Graev. II, 103 et 110 λαλεῖν Demosth. in Stephan. I, 1124, et παμμέγεθες (Aesch. de falsa leg. 42 ἀναβοᾶν) et λαμπρὸν (παιωνίζειν Xen. Hellen. VI, 2, 15), ὑπέρλαμπρον (Dem. de cor. 373) πολεμικὸν (ἀνακράζειν Xen. An. VII, 3, 33) καλὸν (Demosth. de fals. leg. l. c. et 450) et φαῖλον (ibid. p. 408) semper in singulari posuerunt et huic positivorum usui etiam comparativos et superlativos assimilarunt μεῖζον φθέγγεσθαι Dem. de falsa leg. 406, et μέγιστον φθέγγεσθαι ibid. et 405 Xen. An. IV, 5, 18 μέγιστον ἀνακραγόντες, μέγιστον καὶ μεγαλύτερον ἐβόων Lucian. Asin. II, 87 Graev. — Plurali vero sermonem pedestrem sententiae maxime declarandae vices tribuisse et dictio μεγάλα λέγειν, de qua cf. Lobeck ad Aj. l. c., et quae a Phrynicho in apparatu p. 48, 26 καινὰ ψοφεῖν καινῶς κομπάζειν affertur, videntur probare. Sed etiam pluralem in quorundam vocabulorum conjunctione sono significando in sermone quotidiano inservisse apparet, si conferas haec Aristophanica: δεινὸν ἐπιβρέμεσθαι, Ran. 680, ἡλίθιον φθέγγεσθαι Nub. 872 καλὸν αἰεδεῖν Lys. 1243, λεπτὸν ἀμφιτιτυβλίζειν Av. 236 τοσοῦτον ἐνέκραγες Plut. 427 et: μεγάλα κλάειν Eccl. 425 μεγάλα οἰμώζειν Av. 1502 μακρὰ κλάειν Av. 340 et μακρὰ οἰμάζειν Av. 1206, μακρὰ κωκύνειν Lys. 1222 Ran. 34 δεινὰ κερραγέαι Eccl. 1518.

Poetae in locutionibus *περισσὰ φρονεῖν* Eurip. Suppl. 324, *ῥαιρία φθέγγεσθαι* Sophocl. Philoct. 862 plurali non uti non potuerunt, sed sonum singulari et plurali promiscue denotant praeunte Homero, qui *ἰμερόεν κιθάρηζε* Ib. 18, 570 et *μακρὰ μεμνῶς* ibid. 580 dicit:

μέγα στένειν Eur. Med. 293, Iphig. T. 506 *μέγα στενάζειν*; *μεγάλα στένειν* Eurip. Cycl. 198, (quo cum componas Hom. II. I, 482 *μεγάλα ἰάχειν*, *ἐύχεσθαι* I, 450); *μέγα φρονεῖν* Soph. Philoct. 218 Aesch. Eum. 923 *ἀύτειν* Coeph. 308 *δεινὸν ἀύτειν* Soph. Oed. T. 1260, *δεινὸν προβοῶν* Philoct. 218, *στενάζειν* Eur. Med. 118, *φθέγγεσθαι* Andr. 1150 *δεινὰ μνησθαι* Eur. Heracl. fur. 872, *βρέμειν* ibid. 964, *βρονχᾶσθαι* Soph. Oed. T. 1265. *ὄξυ ἀύτειν* Aeschyl. Pers. 1027 *ὄξέα κεκληγῶς* Hom. II. II, 222 *ὄρθιον ὄρουσαι* Pind. Ol. IX, 109 *φρονᾶν* Nem. X, 71, *ἀνταλαλάζειν* Aeschyl. Pers. 384, *στρυγνὸν οἰμῶζειν* Soph. Antig. 1226, *λιγὴ ἀνακωκίειν* Aeschyl. Pers. 463, *βαρὴ ἀναβοῶν* Pers. 570, quo loco accusativus objecti *οὐράνι ἄρη* appositus est, *οἰκτρὸν στενάζειν* Eur. Suppl. 106 *ἀναβοῶν* Helen. 185 *εὐφημον ἐπιβοῶν* Aeschyl. Suppl. 664, ubi nunc praeunte Hermanno ita mutata est scriptura, ut aut *εὐφήμοις ἐπὶ βωμοῖς* legatur (Herm.) aut *εὐφημον* ad *μοῦσαν* referatur (Hartung.), *φρικῶδες φθέγγεσθαι* Eur. Andr. 1150 et Med. 1230 et *ὄλοα στένειν* Soph. Trach. 848 *ἄμοσο ἔλακτεῖν* Eur. Alc. 722, *οὐράνια βρέμειν* Troad. 523 et *οὐράνιον ἀναβοῶν*, quod Phrynichus in app. 4, 20 et *grammat. Beck. Anecd. 400, 33: ἀνεβόησεν οὐράνιον ὅσον σημαίνει τὸ ὑπερβεβηκὸς καὶ μέχρι τοῦ οὐρανοῦ ἦγον* explicant et hic quidem Aristophanis nomen apponens.

Ut *vocabula dicendi* addito adjectivo *μέγα*, *μεγάλα* (*λέγειν*, *εἰπεῖν*) significatum magniloquentiae accipiunt, ita quae ipsa jam *gloriandi* et *jactandi* intellectum habent, per magnitudinis et altitudinis adjectiva intenduntur *μέγα ἀρχεῖν* Eur. Rhes. 453 Heracl. 354, *ὑψηλὰ κομπεῖν* Soph. Aj. 1230 et singulari positivi *μέγα* convenienter dixit Eur. in Heracl. *μέγιστον κομπάσαι πάρεστί μοι* in superlativo.

§ 15. *Verba odorem significantia ὄζειν* et *πνεῖν ἡδὺ** (Arist. P. 525 Lysistr. 206 Ran. 338 et *κακὸν* (Ar. Acharn. 851), similia *καλὸν* (Theocrit. I, 14) *ὅμοιον* (Xen. Symp. II, 4) nunquam aliter adjectivum nisi in numero unitatis secum habere pertendit Emslejus ad Ach. 193 et Lobeck. ad Aj. 386 nullum se contrarium exemplum reperisse adnotat. Quamobrem in superlativo quoque numerus singularis solus locum habet in his dictionibus: *ὄξύτατον* Acharn. 193 *γλυκύτετον* Pac. 526, *κάκιστον* Vesp. 38 Eq. 892 et ap. Lysiam in Andocid. *ὄζειν ἐδόκει κάκιστον*.

CAPUT II.

§ 16. Eodem usu fruuntur *verba*, quae *mentis agitationem vel animi affectus significant*.

Verbum φρονεῖν, quod adverbia genuina secum habet: *ὀρθῶς* Aeschyl. Prom. 1004, Eur. Iph. T. 1488 *ἀσφαλῶς* Rhes. 147 *σαφῶς* Soph. Philoct. 811 *καλῶς* Aeschyl. Prom. 1016 Soph. Oed. T. 600, *κακῶς* Eurip. Electr. 345 Aesch. Eum. 836 Isocrat. Evag. 190, eorum loco saepissime quidem neutra pluralia adjectivorum sibi adnectit: *ὀρθὰ* Eur. Med. 1126 *γνήσια* Hipp. 310, *γενναῖα*

*) Adjectivum ἡδὺ in aliis quoque locutionibus locum adverbii obtinuisse videtur, superlativum certe adverbiali intellectu positum invenimus in Xen. Cyr. VII, 5, 81 *δεηθὲς ἀνεπαύσεως ἡδιστον ἀναπαύσεται* et in Cyr. VII, 5, 82 *ὅπως τῶν τε ἀγαθῶν ἢ ἄριστον καὶ ἡδιστον ἀπολαύσωμεν*, si conferimus Mem. II, 1, 9 *τοὺς βουλομένους ἢ ἡδυστά τε καὶ ἡδυστα βιοτεύειν*, *ἄριστον* et *ἡδιστον* potius pro adverbiiis habebimus quam supplendo verbo substantivo expediemus, *ἄριστον* vero, quod *ἐπιβήματιζὸς τίθεσθαι* tradit Philem. p. 163, sic usurpatum non reperimus.

Suppl. 106 *δσια* Electr. 1212, *καίρια* ibid. 228, *ἄξια* Demosth. pr. cor. 296, *δμοια* Isocrat. Nicocl. 22, *δίκαια* Dem. de symm. 180, *πιστὰ* Pind. Ol. XII, 17, *μαλθακὰ* Nem. IV, 95 *ἄλλοῖα* frag. incert. 71, *μῶρα* Soph. Aj. 594, *πλάγια* Eur. Iph. Aul. 333, *ἐνεὰ* Aesch. Pers. 783. *ἀντάδη φρονῶν* Aesch. Prom. 911, nisi praestat altera scriptura *ἀντάδης φρονῶν*, *κακὰ* Pind. Pyth. 82 *θνητὰ* Soph. Trach. 473 Eur. Bacch. 394 Alc. 811 Isocrat. in Demoniac. 9, *ἀθάνατα* ibid., *ἀρχαῖκὰ* Phrynich. in 'app. 22, 30 *ἀντὶ τοῦ ἐνίθῃ καὶ μῶρα φρονεῖν*, sed neutrum singulare obtinet in *ἄχρον φρονεῖν* ap. grammat. Beck. 372, 5, *ταπεινὸν φρονεῖν* Dem. de contrib. 174, *ἴσον φρονεῖν* Isocrat. 79. Eurip. Heracl. 387, *σιμικρὰ φρονεῖν* vero usurpavit Sophocl. Aj. 1120, ad quem l. cf. Lobeckium.

Ratus est singularis numerus in contrario *μέγα φρονεῖν*, rarissimus pluralis *μεγάλα φρονεῖν*, cujus exemplum ex Aristoph. Ach. 955 (975) Lobeckius excitavit. Composito autem *μεγαλοφρονεῖν* nullus antiquiorum usus est praeter Xenoph. in Hellen VI, 2, 39 et Isocrat. Areopag. p. 148. Nam hoc certe loco Beckerus scripturam *μεγαλαφρονεῖν*, pro qua in eadem oratione p. 155 *μέγα φρονεῖν* codicum auctoritate nisus substituerat, tentare non ausus est, quamquam orator reliquis omnibus locis adv. Nicocl. 32 Nicocl. 35. Panegy. 45, 68, 74, 76 ad Philipp. 90, 96 de pace 69, Evag. 197, Helen. laud. 208 Panath. 285, de antid. 410 et. 416 B. dicit *μέγα φρονεῖν* ut reliqui oratores Dem. de contrib. 174 de symm. 186 adv. Arist. 690, Amat. 1416, Lycurg. contr. Leocrat. p. 211, Aesch. contr. Ctesiph. 81, de fals. leg. 44, Lysias de muneribus accept. 168 orat. fun. 197.

Quum igitur in positivo huic dictioni neutrum singulare frequentius esset, causa non fuit, cur comparativus ab hac ratione aberraret, et *μεῖζον φρονεῖν* ubique obtinuit. Nam et in Eur. Heracl. 936, ubi antea *μεῖζω* scriptum legebatur, *μεῖζον* restitutum est et in iis oratorum locis, quibus Stephanus formam *μεῖζω* exhibuerat Isocrat. Areop. 141, Panath. 274, Archid. 122, Beckerus alteram restituit. Sic *πλεῖον*, *ἔλαττον*, *μείον*, *μετριώτερον φρονεῖν* in singulari tantum leguntur atque etiam *ἄμεινον*, *βέλτιον*, *χείρον*, licet illa *κακὰ* et *δίκαια* plurali non obstant, quem Stephanus re vera praeberat in Isocrat. de pac. 184 *χείρω φρονεῖν*, cui Beckerus *χείρον* substituit.

In superlativo propter *μέγα φρονεῖν* numerus singularis *μέγιστον* convenientior solusque usu probatus est: Dem. pr. cor. 325 adv. Timocr. 750 de fals. leg. 426, Isocrat. Panegy. 53 et Xen. Symp. III, 4 Hier. I, 28 Ages. II, 5 Mem. I, 1, 13, IV, 7, 6. Hellen. IV, 3, 9 Cyrop. IV, 2, 5. Sed quominus *ἄριστα φρονεῖν* Arist. Plut. 577 Isocrat. Paneg. 285 et Aesch. in Timoch. p. 28 diceretur, positivi usus non prohibuit.

Re vera haec neutra, quae adverbiorum loco posita esse vulgo dicuntur, accusativos objecti ex verbo *φρονεῖν* suspensos esse persuadent ii loci, in quibus articulus iis adjectus est: Eur. Hipp. 743 *ἡ φρονοῦσα τᾶδῖκα* sc. *φωνή* Thucyd. II, 22 *οὐ τὰ ἄριστα φρονούντες* aut pronomen indefinitum Dem. adv. Aristocrat. 689 *περὶ ἡμῶν τι ἄδικον φρονεῖν* Xen. Cyr. VIII, 7, 23 Isae. frag. 4. Memoratu digna est dictio *εἰς ὄρθον φρονεῖν*, quam Antiatt. Beck. 92, 1 citat ex Sophocl. *εἰς ὄρθον φρονεῖν ἀντὶ τοῦ καλῶς φρονεῖν Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ*. cf. Hom. II. ψ 305.

§ 17. Similem verbo *φρονεῖν* significatum habent maxime apud poetas *verba spirandi πνεῖν*, *φυσᾶν* similiterque construuntur: Pind. Pyth. XI, 30 *χαμηλὰ πνέων* Ol. XI, 93 *κενεὰ πνεῖν*, *δεινὰ φυσᾶν* Eurip. Iph. Aul. 382, quod tamen a communi sermone non alienum videtur iudicasse Phrynich. app. 36, 1 *δεινὰ φυσᾶν*: *οἶον ὀργίζεσθαι καὶ ὑπὸ ὀργῆς ἀποσχελιάζειν*, *μέγα φυσᾶν* Eur. Iph. Aul. 125, *μέγα πνεῖν**) Bacch. 640 et *μεγάλα πνεῖν* Androm. 189, *μεγάλα ἀμπνέουσα Τροία*

*) Dicitur etiam *μέγας πνεῖ τις* adjectivo ad subjectum relato Eur. Rhes. 323 *Ἄρης ἔθραυσε λαίρη τῆσδε γῆς μέγας πνέων* Thucyd. VI, 10, 4 *ἄνεμος ἐκπνεῖ μέγας*. Xen. Cyrog. VI, 2 *ὅταν ἄνεμος πνέῃ μέγας et πολὺς* Dem. adv.

Eur. Troad. 1287. Perinde Soph. Oed. Col. 1504 verbo *χειμάζειν* accusativum adjectivi pronominalis addit *τοιᾶντα*: πάντα γὰρ θεοῦ τοιαῦτα χειμάζοντος εἰκάσαι πάρα pro communi adverbio οὕτως. Ortum horum accusativorum explicat Homericum II. II, 536 μέγεα πνείοντες. Superbiae notionem habet praeterea μέγα χλῆιν Aesch. Choeph. 130.

§ 18. Verba amorem, odium, miserscordiam significantia ad horum affectuum modum definiendum adjectiva utriusque numeri loco adverbiorum sibi addi patiuntur: στέργειν μέγα Soph. Oed. T. 1023, στυγεῖν μέγα Aeschyl. Prom. 1008, μέγα ἐλεαίρειν Hom. II. II, 27, πολὺ δογίζεσθαι Dinarch. contr. Philocl. § 139, ubi Reiskius πάντ substituit, in superlativo πλεῖστον φιλεῖν Sophocl. Oed. T. 612, πλεῖστον ὄγκισα Trach. 312, sed πλεῖστα ἀπήχθημαι Xen. An. VII, 6, 35.

Porro sic usurpantur quae moerorem et gaudium eorumque indicia designant: μέγα ἀλγεῖν Eur. Andr. 815, περισσὰ βάρυνθεν Δελφοὶ Pind. Nem. 43; χαίρειν μέγιστα Soph. Philocl. 642, μέγα χαίρειν Hom. II. I, 256. Γελᾶν quamquam et ipsum cum plurali conjungitur ἀβρὰ γελᾶν, κάλλιστα γελᾶν Eur. Helen. 1368 et similia verba garrandi et adulandi ἡδέα κοτίλλειν, φαιδρὰ με σαίνει, tamen saepius singulare adjectivum assumit: χαρὸν γελᾶν Pind. Pyth. IX, 38 ἄσβεστον Lucian. II p. 108 Graev., ἀπαλὸν ibid. 110, Σαρδόνιον p. 9 et ἡδὺ solum tritum est, non ἡδέα, sive, ut Lobeckius ad Aj. v. 386 ait, Homericum exempli auctoritas (e. g. II. II, 270) evicit sive alia qua subest causa reconditor. Regulae igitur conveniens est adverbium superlativum ἡδιστον e. g. in Lucian. Asin. II, 81 Graev. μέγα καὶ ἡδιστον ἀνακαγχάσασα.

Ut autem πολλὰ δακρύειν Xen. Cyr. I, 35 VII, 5, 32 et πολλὰ γοᾶσθαι IV, 6, 9, sic etiam factiva, quae his respondent, verba ἀνιᾶν, λυπεῖν et contrarium εὐφραίνειν sibi accusativos huiusmodi apponi sinunt: πολλὰ ἀνιᾶν Xen. Oecon. III, 2 πολλαπλάσια εὐφραίνειν Xen. Hier. I, 8, Cyr. I, 5, 9 VIII, 3, 42 πλείω ἀνιᾶν Cyr. V, 4, 12, λυπεῖν Hier. I, 8 Cyr. VIII, 3, 41 εὐφραίνειν Hier. I, 16 IV, 6 Cyr. IV, 2, 39 μείω Hier. I, 8 et quod magis adverbium sapit μέγα λυπεῖν Xen. Cyr. III, 1, 27, quae neutra adjectiva per figuram ὅλον κατὰ μέρος explicanda quantopere adverbiorum naturam induerint docent ii loci, quibus propria adverbia eodem intellectu his verbis adduntur: μάλιστα ἀνιᾶν Xen. Cyr. III, 1, 29 et ἰσχυρῶς ibid. V, 4, 18.

§ 19. Cum his demum componi possunt, quae in universum bene maleque tractandi notionem habent.

Verba adjuvandi: ὠφελεῖν, ὀνήσαι, ἐπικουρεῖν, εὐεργετεῖν, σώζειν eorumque passiva: ὠφελεῖσθαι, εὐπαθεῖν, εὐτυχεῖν, εὐδαιμονεῖν, ὀρθοῦσθαι pro adverbis ipsis non inusitatis (e. g. μικρῶς ὠφελεῖν, μεγαλείως Xen. Ages. XI, 16 μεγάλως εὐεργετεῖν Xen. Cyr. VIII, 2, 10 μεγάλως εὐδαιμονεῖν Ar. Eq. 151, 172, 1161) neutrum adjectivi et in singulari et in plurali habent secum:

μέγα ὀνήσαι Xen. An. III, 1, 38 μέγα ὠφελεῖσθαι Cyr. II, 1, 26 μέγала ὠφελεῖν Dem. Amat. 1414 Xen. Cyr. VI, 1, 38, πολλὰ ὠφελεῖν Lys. de veter. 115 Aeschin. contr. Ctesiph. p. 84, Isoerat. Nicoel. 35 πολλαπλάσια Xen. Hier. VIII, 8 πάντα Dem. Ol. I, 22, cum quo compares Dem. de cor. 233 πάντα συναγωνίζεσθαι et Isoerat. Archid. § 27 πάντα μεθ' ἡμῶν εἰσι

Aristog. 787 πολὺς παρ' ἡμῶν ἔπνει et sic μέγας et πολὺς saepissime apponuntur verbis irruendi et instandi: Xen. An. V, 8 ὅταν ἡ χειμῶν ἢ καὶ θάλαττα μεγάλη ἐπιφέροται Thucyd. II, 5 ὁ Ἄσωπὸς ποταμὸς ἐθόνη μέγας, pro quo Dem. in Neaer. 1378 Ἄσωπὸς ποταμὸς μέγα ἐθόνη dixit, Eur. Hipp. 448 Κύρις οὐ φορητός, ἦν πολλὴ ἡμῶν Eur. Bacch. 300 ὅταν θεὸς ἐς τὸ σῶμ' ἔλθῃ πολὺς Thucyd. IV, 22 Κλέων πολὺς ἐνέκειτο. Dem. pr. cor. 292 πολὺς τοῖς συμβεβηκόσιν ἔγχεται ibid. τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ἔχοντι καθ' ἡμῶν, similiter βαρὺς Aesch. Choeph. 35 φόβος βαρὺς πίντων Suppl. 627 βαρὺς ἐφίξει Eur. Rhes. 100 ἐπικείσομαι βαρὺς.

(sc. οἱ Ἀθηναῖοι), βραχεία Lys. de Inval. 168 Dem. in Polycl. 1214 μικρὰ Xen. Mem. IV, 1, 1 Cyr. III, 2, 20 σμικρὰ ὀνίνημι Eur. Heracl. 706, ἐνεργετῆν μέγα Isae. de Apoll. h. 63, μεγάλα Lycurg. contr. Leocr. 233. Demosth. de Halon. 84 et 87 adv. Philipp. III, 153. Xen. Cyr. VIII, 2, 12 βοηθεῖν βραχεία Dem. in Polycl. 1224, σμικρὰ προσαρκεῖν Sophocl. Oed. Col. 72 ἐπαθεῖν μεγάλα Dem. pro Phorm. 949, πάντα εὐδαιμονεῖν Ar. Ran. 1217, βέβαια εὐ πράσσειν*) Eur. Troad. 1212.

In comparativo et πλέον ὄφελειν Xen. Cyr. III, 3, 55 μεῖζον Eurip. Heracl. 1032 et πλείω Isocrat. Nicocl. 39 Xen. Mem. III, 11, 3 Thucyd. II, 60, πλείω σώζειν Thucyd. V, 69 πλείω εὐτηχῆσαι Thucyd. VI, 23 μεῖζονα ἐνεργηθένος Xen. Mem. II, 2, 3 εὐποιεῖν Dem. de fals. leg. 409 usurpantur.

In superlativo πλεῖστα Arist. Vesp. 1077 Thucyd. VII, 68 Isae. de Cleonym. h. § 28 Isocrat. Nicocl. 37, ὀρθοῦσθαι Thucyd. V, 11, πλεῖστον Xen. Hellen. III, 4, 11. Eurip. Heracl. 598 μέγιστα Thucyd. V, 9 et μέγιστον id. V, 82 ἐλάχιστα Xen. resp. Laced. II, 9 Mem. III, 7, 9 reperuntur.

Ut autem dicitur τὰ δίκαιά τινι βοηθεῖν Lys. pr. Call. p. 102 Dem. adv. Aph. 813, 834, adv. Onet. 870 in Nausimach. 985, in Steph. I, 1101, in Coron. 1257 in Theocrin. 1323 τὰ μεγάλα εὐποιεῖν Xen. An. I, 9, 24, sic etiam τὰ μέγιστα ὄφελειν legimus in Dem. de contrib. 166 Xen. Mem. I, 2, 61 IV, 3, 17 IV, 8, 11. Atque ex his et similibus τηλικαῦτα εὐπεπονθότες Aesch. contr. Ctesiph. 66, Cyr. III, 1, 34 ἄλλα πλείονος ἄξια ἐνεργηθήσειν et Dem. Lep. 102 Wolf. ἄξια τῆς ἀτελείας εὐπεποιηκέναι nativam hujus constructionis vim perspicimus.

§ 20. Non aliter se habent *contraria*: βλάπτειν, ζημιοῦν, κακίζειν et quae iis respondent verba passivi significatus ἐλαττοῦσθαι, μειονεκτεῖν:

μέγα βλάπτειν Xen. Cyr. V, 3, 30 ὑπερομέγεθες Dem. in Aristocr. 684, μεγάλα βλάπτειν Xen. An. III, 3, 14 Lycurg. contr. Leocr. 216 Lys. pro veter. 115. Dem. adv. Timocr. 720, ubi tamen varia scriptura adest μέγα, in Aphob. II, 841 in Boeot. 1019 in Spud. 1032 in Polycl. 1277, πολλὰ e. g. Xen. Hellen. IV, 7, 7 μικρόν Mem. IV, 8, 11 μικρὰ Lys. in Agorat. 129, ὀλίγον Aesch. de fals. leg. 51 μικρὰ ἐλαττοῦσθαι Dem. in Olymp. 1167 πολλὰ ἥττωσθαι Evag. 197. Maetzerio ad Antiph. IV § 19, ubi dativus οὕτωσὶ πολλοῖς ἐλλασσωθεῖς τῶν νόμων τῶν ὑμετέρων legitur, hujus generis exempla intuenti pro πολλοῖς quamvis a recte cogitandi ratione haud alieno πολλὰ usus requirere videbatur, sed dativo etiam Xenophon usus est in Hellen. VI, 2, 28 πᾶσι τούτοις ἐλαττοῦσθαι. Verbo ζημιοῦν, cui Xen. respubl. Laced. IV, 6 adverbium μεγαλείως apposuit, μεγάλα additum est in Lys. orat. in Agor. 129 Dem. adv. Timocr. 716 Isae. de Aristarch. h. 87 Xen. Cyr. III, 1, 16.

